



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio LXXVI. Assistentiam juris habens & possessionem actualem,  
manutenendus est in suâ possessione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Andr. num. 16. Hostien. num. 7. Butr. num. 52. Anchar. numer. 6. & Cardinalis Zabarella sub num. 7.  
Et ita unicâ, &c.

DECISIO LXXVI.

Assistentiam juris habens & possessionem actualem, manutenendus est in suâ possessione.

R.P.D. BEVILAQUA.

Toletana Jurisdictionis.

Decisio 390.  
Par. 13. recens.

Veneris 27. Januarii 1662.

SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1 Ordinario concedenda est manutentio exercendi suam jurisdictionem in omnibus locis sua diocesis.</li> <li>2 Manutentio non est danda, quando non constat de possessione.</li> <li>3 Episcopus habet de jure intentionem fundatam in jurisdictione omnium locorum sue diocesis.</li> <li>4 Manutentio in actibus incorporalibus datur ex assentia sola absque alia possessione.</li> <li>5 Exemptus quando quis est à jurisdictione ordinarii, tunc ei non datur manutentio ad exercendos actus sue jurisdictionis.</li> <li>6 Assistentiam juris pro se habens cum</li> </ol> | <p>actualem possessione, manutenendus est in ea.</p> <ol style="list-style-type: none"> <li>7 Constitutio san. mem. Pii IV. 136. incip. Circumscripta declaratur.</li> <li>8 Religio sacra Hierosolymitana amplè exempta est à jurisdictione ordinariorum.</li> <li>9 Unde eius Priores jurisdictionem in subditos exercere valent. &amp; numer. 10. 11.</li> <li>10 Quasi possessio exercendi jurisdictionem in aliquos, iustificatur ex actis possessionis.</li> <li>11 Episcopo concedenda venit manutentio in exercitio jurisdictionis ex assistentia juris amplia. num. 14. &amp; 15.</li> </ol> |
|--|---|

V u 3

16 In

- 16 In actis de jure prescriptibilibus ex quo acquiratur possessio manutentibus. 17 Prescriptio non currit lite pendente. 18 Prescriptio qualibet per litem pendente non impeditur. §. num. 19.

**A**D formam commissionis causæ per Signaturam justitiæ relaxata, cum facultate manutentendi quem de jure, proposito dubio sub die 10. Junii anni præteriti à R.P.D. meo Taja giudice appellationis informantibus tantum agnitionem in quasi possessione exercendi omnimodam jurisdictionem spirituales in quibus Prioratus S. Joannis Hierosolymitani in Regnis Castellæ & Legionis tanquam sitis intra fines suæ diocesis. *ad Text. in cap. cum persona de privil. in 6. cum aliam principio decisionis;* causa per me hodie super eisdem reposita. Domini reformati dixerunt, manutentionem exercendi hujusmodi jurisdictionem in Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, aliisque loca regularia Prioratus, nec non in Equites, Militares, Clericos inservientes & alios intra septa Monasteriorum non esse concedendam, cum non constat de possessione Archiepiscopi, sine qua non datur manutententi. *Vulg. §. retinenda. Insti. de interditi. Bartol. in l. aut prætor. §. quod aut ff. cum sigill. Rota decis. 178. in fine coram Eminentiissimo Ottobono.*

Non obstat quod Episcopo habenti de jure intentionem fundatam in jurisdictione regularium & Monasteriorum intra suam diocesis existentium. *cap. prescribitur de relig. domib. in 6. gloss. in cap. conquerente et verb. jurisdictionem de off. ordi. can. Abbates ubi gloss. in verb. Episcoporum 18. quest. 2. Decius in cap. fin. num. 6. in 4. num. de confirm. util. vel inut. Rota decis. 627. num. 1. apud Modern. Perusini de manutent. ex juris assistentia in actis incorporalibus absque possessione imperpetuum manutentio. Caputaq. decis. 306. par. 1. & decis. 201. par. 2. Seraphin. decis. 948. quia ab hac conclusione tamen à Rota perpetuo admittitur, ut dixit coram Cardin. Seraphino decis. 1449. num. 1. Duran. decis. 226. num. 2. receditur, quotiescumque ab inferiore allegatur titulus exemptionis exhibendo privilegium, & docet etiam de sua possessione tunc enim assistentia juris communis non tribuit facultatem ordinatio, ut debet manutententi, sed manutentendus est Prælati inferiori titulum & possessionem ostendens ex determinatione dicti cap. cum persona de privil. in 6. ubi Arch. num. 2. Gemin. in §. fin. num. 3. & 4. Franc. num. 2. Abb. in cap. 1. num. 8. in lite pend. Rota in Brixinen. jurisdictionis. coram bon. mem. Pirovano, apud Modern. Perusini de manutent. decis. 627. num. 2. & decis. 628. num. 4. Duran. decis. 226. num. 5. Marascotti. riar. resol. lib. 1. cap. 11. num. 9.*

In hac facti specie de titulo Serenissimi Magni Prioris ad hunc effectum sufficienti satis superque constat ex privilegiis sacre Religionis Hierosolymitanæ concessis per summos Pontifices, & præcipue Pium Quartum in consuet. 136. quæ incipit

circumscripta, per alios deinde confirmatis, in quibus Magister, Bajulivi, Emposta, Priores, Praeceptores, Milites eorumque Subditi, Vassali, Servitores tunc & pro tempore existentes, Presbyteri curam animarum quamdiu exercentes, & in illorum obsequiis foris, nec non hospitalia, prioratus, domus, & quaecumque loca & bona quae obtinent, ab omni correctione, onere, dominio, superioritate, & potestate quoruncumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Praelatorum, & temporalium Dominorum amplissimè eximuntur, & subiciuntur Magno Magistro & Conventui ordinis, & aliis superioribus uti ordinariis constitutis, & sub B. Petri & Sedis Apostolicæ protectione recipiuntur, ut in §. 36. & 65. eiusdem constitutionis declaratur in prima mea decisione §. & hinc patet. Dum igitur per huiusmodi tam claræ & indubitatae privilegia Jurisdictionis quæ Archiepiscopo competebat in dd. personis, Ecclesiis, & bonis fuerit totaliter abdicata, & in Magnum Priorem & alios superiores translata, sequitur ut idem Magnus Prior in prædictis personis, Subditis, Monasteriis, Ecclesiis & bonis debeat illam exercere. Gloss. in Clement. 1. in verb. proprii de reb. Eccl. non alienandi. Abb. in cap. cum ad Monasterium num. 6. de statu Monach. Calderin. cons. 1. post mod. vers. utem obvia de statu regul. Mobedan. decis. 70. de causa poss. & propriet. Seraphin. decis. 1386. numer. 3. Pat. decis. 114. lib. 3. Rota decis. 198. num. 1. apud Posth. de manutent. & decis. 600. num. 10. par. 4. tom. 3. recent. & suffragantur pro titulo adversus jurisdictionem Archiepiscopi prætendentis in ea manutentionem cap. ex parte. de privileg. Decius cons. 152. num. 2. Ricc. decis. Neapolit. 23. num. 12. & in suis terminis Rota decis. 627. numer. 4. & 628. num. 5. apud Posth. de manutent.

Possessio quoque abundè remanet justificata exactibus positivis per Vicarios ab eo deputatos gestis, continentibus visitationes Ecclesiarum Regularium, in quorum proinde exercitio debet manutentari non autem Archiepiscopus ob carentiam possessionis, & obstaculum indultorum. d. cap. cum persona de privil. in 6. Marescott. var. resol. d. cap. 1. num. 9. cum concord. inibus adductis in tract. de manutent. observ. 45. num. 18. 26. 35. & seqq. Gratian. discip. 371. num. 11. & 2. & per Modern. Carpen. cons. 220. num. 115. & seqq.

Respectu vero populi Laici utriusque sexus, Clericorum, Ecclesiarum, aliorumque locorum secularium, Domini in hærendo fundamentis decisionis sub die emanatae, iterum censuerunt in exercitio ordinariæ jurisdictionis dandam esse manutentionem Eminentissimo D. Archiepiscopo habenti assistentiam juris fundatam in situ iuris Prioratus in sua diocesi, ob quam ei competit manutentio d. cap. cum persona de privil. in 6. cap. Venerabilibus & cap. de Xenodochiis de relig. admib. Ricc. d. decis. 213. numer. 1. & seqq. Rota decis. 600. numer. 2. & 3. par. 4. recent. tom. 2.

Eoque facilius, cum ultra juris assistentiam concurrant plures actus positivi super

super administratione Sacramentorum; collatione ordinum, cognitione civitatum  
 & similibus singulariter recentiorum in 1. decisione coram me emanatâ die 9. Maij  
 1659. §. huncque esse; & in hac qua revidetur §. prater ea. ex quibus probatur etiam  
 actualis possessio, licet ad manutentionem Episcopi non necessaria. *Marsilius. res.*  
*resol. lib. 1. cap. 11. num. 3. Ricc. d. decis. 213. num. 2. Mantica decis. 322. num. 1. Et d.*  
*decis. 500. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.*

Non officit quod etiam Prior in diversis locis Prioratus similes actus longo  
 tempore gessisse ostendat, ideoque in illis de jure præscriptibilibus censetur occupa-  
 sita quasi possessio sufficiens pro manutentione ex cumulatis in observat. 44. *Poll.*  
*de manut. num. 23. §. 2. 4. Rota post eundem decis. 368. num. 3. Et decis. 308. num. 2. Et*  
*par. 4. tom. 2. recent.* Quoniam præter quod versamur in terminis controversiæ tu-  
 titis jurisdictionis per Magnos Priores in vim privilegii Apostolici in totum Prioratus  
 præsentæ privative quoad Archiepiscopos, non autem circa aliquos actus particu-  
 lares modo allegatos, qui absorberentur ab aliis contrariis per Archiepiscopum re-  
 tinentem jus universale jurisdictionis ordinariæ gestis, ut respondetur in alia decisio-  
 ne in hac eadem causâ super negotio principali & confirmatione sententiæ. *Ru-*  
*lis sub hodierna die extensa; cessat quævis actuum præscriptio ex responsionibus*  
*decisioe datis, & signanter ex lite inter antecessores colligantium delapsetur*  
*ulque ab initio, quo M. Prior actus jurisdictionales exercere voluit, & inde litem*  
*continuata, ex qua quidem lite fuit quævis præscriptio interrupta. Et licet causam de*  
*probat. Caval. decis. 623. num. 10. quæ ulterius constituit Priores in mala fide, ob quos*  
*non potuit incipere, minusque currere aliqua præscriptio. Rep. in cap. cum Ecclesia. no.*  
*93. de causa poss. Et propriè. Gratian. discip. 918. num. 41. Et 42. cum aliis in d. decisio-*  
*mulatis §. Et primo.*

Et ita pro reformatione & confirmatione respectivè decisionis ut supra re-  
 lutum fuit utraque parte informante, &c.

### Ad Quæst. 31. Additio.

Confessio exempti coram ordinario an ei præjudicet? Adde quod hæc quæ-  
 stio ex parte formalitatis, scilicet incompetentiæ judicis, in practica exigui for-  
 ret effectus; quamvis enim acta coram incompetente iudice, non faciunt fi-  
 dem coram competente, usus tamen habet, ut reperantur in iudicio, & sic probentur,  
 & quoad confessionem jam invaluit opinio, quod etiam emissa extra iudicium pro-  
 bat contra confitentem de æquitate canonica. *Felin. in cap. olim num. 3. Et seq. de*  
*rescriptis.*